



**M**Arcus ex nobili familia dominorū de Vuas-  
 serfluet apud Belgas natus est, anno millesi-  
 mo quingentesimo tricesimo. Is à teneris annis o-  
 peram literis dedit, atq; in primis Historiarum le-  
 ctioni incubuit. In ijs etiam hinc inde adeò profe-  
 cit, ut Consules & Cæsares Romanos plurimū il-  
 lustrarit. Id autem ut commodius perficeret, & ex  
 uiuis imaginibus cuiusq; naturam indagaret, eorū  
 Iconas undiq; conquisiuit, et earum magnum quasi  
 thesaurum cōparauit. Postea antiquitatis Heroes  
 cum Hiberto Goltzio publicauit, & in hac re litera-  
 rum studia haud parum adiuuit. In eo genere uitæ  
 etiamnū pergit, & Bruggis Flandriæ magna autho-

ritate agnoscitur, ut quamuis & ipse ætate iuuenis, tamen prudentia & rerum  
 gerendarum dexteritate senex esse censeatur, Anon,